



14  
9  
Cum Carbonibus, Vir nobilissimus, qui seipsum adversum me  
excitavit, ~~ad~~ cum carbonibus mihi negotium, tanquam cum  
ijs qui in aliena sunt potestate, gerendum esse videtur. Ledunt  
non ludunt; pungunt, non unguunt; obumbrant omnia, et nihil  
illustrant. Unicum hoc argumentum omnibus ubique familiare  
esse videtur: *ὄφλος ἔφα*. Vel ut ille clarius inquit:

Sic volo, sic iubeo: stat pro ratione voluntas. Ergo verum est  
Arguta haec capita sunt, quibus Tyro quivis apposite respondeat  
Cum Averroës, olim libros Moysi *περὶ τῶν γενέσεως* legente;  
Hi homines multa dicunt, sed pauca probant. Et sane a  
me aliud responsum morari non videntur, qui rationes non  
attendunt, nec rationes replicant: verum discincti propo-  
modum ut nepotes sine grano salis omnia effutiunt; nihil  
praeterea satagunt quam — Postica occurrere sanno.  
Quid igitur? enim proorsus tacebo, ut eos fatigem silentio?  
Cavillari, maledicere, et injuriarum actiones protequi, et  
genio et ingenio meo usque adeo alienum est; ut ejusmodi  
Chartas vix libeat inspicere; nedum legere; aut legendas  
admittere. Nihil itaque melius mihi agendum haec in re  
videtur, quam ut Morsenni Consilium observetur, et utri-  
usque nostra modulatio gallica, ad aulam Imperatoris,  
et Romae, et ad regia Angliae Hispaniaeque palatia trans-  
mittantur, ab optimis Aulicis ibidem conspicienda: quod ego  
te illi perscribere omnino, atque suadere opto. Ceterum post  
dies aliquot responsum ad ista gallica crepundia tibi  
transmittam; tuo iudicio probandum, an transmittere eam  
suadeas? Interim epistolam Boëstii, et Consuram generis  
Thesaurarii, a me exemplatas, remitto: cetera postea ven-  
diturus. Vandenburgio vero communi amico, memoriam  
refrica, ut gallice aliquid prout condiderat Boësto meis  
verbis, et peregrino nomine, replicet. Vale vir nobilissi-  
mus, et me amare proge.

Tuus servus

Harlemi. XV Decemb.

J. Alb. Bannius

1690



*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and orientation.]*

*[Faint handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or date.]*

*[Small handwritten mark or signature in the bottom right corner.]*







